COMPENDIOSA DE MEDICAMENTIS, ANGELO. 1544.







COMPEN-

DIOSA DE MEDICAMEN-
tis, quæ apud Pharmacopolas comperiũtur,
quorum vsus est Romanis, tam in pro-
pellendis languoribus, quàm in ser-
uanda sanitate, inq; noscendis
empiricis, & methodicis Me-
dicis; non minus vtilis,
quàm necessaria.

AVTHORE
MICHAELEANGELO
Blondo medentium celeberrimo.




ROMÆ

Cum Priuilegio Summi Pontificis,
Venetorumq; Senatus Illu-
striss. in Decennium.

M. D. XLIIII.

g[illegible], vel ipsam ignorantiam, quam medentium quisque, inquam neothericorum possidet, quàm ob ignauiam, vix enim quispiam modo vtitur pręceptis Hipp. vel meth. Gal. medicamentis vero nullatenus, quoniam & ipsi inuentores nouorum dici cupiunt præsidiorum; Ideo non est mirandum, quòd quidam languentum, leui pereunt morbo; quidam in languores insanabiles perducuntur; quidam & sine morbo obeunt diem, malo Medici, tam consilio, quàm medicamine vtentes; Postquam ergo, magna fit contentio inter medentes, de pharmacijs offerendis, repertis, & confectis ab Hipp. & Gal. ineptijs proprijs vti studentes, Illustriss. P. adnotasse curaui, priscorum medicamina virorum, oppugnantia totius corporis curas, & singularum partium hominis seruantia proprietatem, ne, cum opus fuerit, percipi-



ILLVSTRISS. D. FABIO
Columnæ R. Epiſ. Auerſano.
Michaelangelus Blondus
felicitatem.

ETSI de re medica, Illuſtriſſ. P. cum priſci, tum neotherici, plurima ſcripſerint, verũtamen nondum inuentus eſt Medicus ille, (vt mihi videtur) qui morbos omnes exacte vinceret, quod arbitror euenire, potius, propter arrogantiam, vel ipſam ignorantiam, quam medentium quiſq;, inquam neothericorum poſſidet, quàm ob ignauiam, vix enim quiſpiam modo vtitur pręceptis Hipp. vel meth. Gal. medicamentis vero nullatenus, quoniam & ipſi inuentores nouorum dici cupiunt præſidiorum; Ideo non eſt mirandum, quòd quidam languentum, leui pereunt morbo; quidam in languores inſanabiles perducuntur; quidam & ſine morbo obeunt diem, malo Medici, tam conſilio, quàm medicamine vtentes; Poſtquam ergo, magna fit contentio inter medentes, de pharmacijs offerendis, repertis, & confectis ab Hipp. & Gal. ineptijs proprijs vti ſtudentes, Illuſtriſſ. P. adnotaſſe curaui, priſcorum medicamina virorum, oppugnantia totius corporis curas, & ſingularum partium hominis ſeruantia proprietatem, ne, cum opus fuerit, percipi-

ens medentium contentiones, in tuis, vel amicorum languoribus errare possint, nam illis certantibus de præsidijs exhibendis, offeres compẽdiosam hanc medicamentorum, qua te excolere curaui, meæ seruitutis propter vinculum; Sic enim omnes contentiones illorum compones, & præsto eris fideli pharmaco, laboranti, morbo, Neque est diffidendum ijs, quoniã nouisti, quanta, qualisue fuerit solertia mea cum obseruatione horũ in propellendis, et acerrimis morbis fratris tui C. Martij, Illustriss. P. & Legionarij Imperatoris præstantissimi, ab hinc triennio. Ideo cupiens eluere sordes, & expellere viscerum excrementa, eliges ex inscriptis medicaminibus cognitis succis peccãtibus, quoniam absq; discrimine, plurimum tibijpsi in seruanda valetudine propria, cui omnes, præcipue Illustriss. P. student, prodesse poteris; Sic namq; medentiũ confusione non cruciaberis, nec suspectus eris de propria salute, quinimo auxilio superum, demum horum fauore ad annos Nestoreos peruenies, quod non minus gratum erit mihi, q̃ C. Martio tuo germano, cui plurimum etiã debeo, propter mores clarissimos, atq; eius Imperatoriam præstantiam, q̃ nõ minus hostes, q̃ proprij milites mirantur, cuius nomen ipse etiam breui laudibus extollens efferam ad sydera, quo Illustriss. D. tua noscat quanti ambos facit Blondus, ac faciet, dum vitali fruetur aura. Vale.

PROOEMIVM.

e NIMVERO, ſapientiſſime maiores noſtri ſtatuerunt, vt omnibus in operibus inchoãdis, initium a ſuperis caperemus; quoniam, nec recte, neq; prudenter, quid perficiũt homines, remoto auxilio Dei immortalis, quod cum ita eſſet, magni Dei inuocato præſidio, ea colligere propoſuimus, quibus vtimur in expugnandis languoribus humanis, quo & melius, & citius ſuccurrerent, Eligendo præſtantiora artem medendi profitentes, quia dum quis errat per immenſa volumina doctorum in colligendis medicaminibus, quibus affecti cõprimitur cura, morbo finitur infectus, priuſquam ſaluberrimum inuenerit ille, præſidium. Ideo ne quis poſthac eodem inficeretur crimine, his vti poterit conſcriptis, quorum omnis officina Aromatarij timentis Deum plena eſt; Verum ſiquis cupit oblatis languenti prodeſſe, Deo ſemper aſcribat, quod laudabile conſequitur; Inquit enim Nazarenus, ſanat ſolus languores Deus, & de frugalitatis ſolio produxit in largitate ſua medicinam, benedictus, glorioſus, & excelſus.

INTENTIO.

n ATVRA, vel ipse Deus, cuncta quæ e limo terræ produxit, iure quoddam humanis animis suppo- suit; falso igitur quis tristem nouercam hominum naturam æstimauit; sensit autem melius, qui optimam parentem protulit esse, etsi post exitum ab vtero in lucem omnis homo prorũpit in uagitum; Statuit etiam natura, vt quisq; ab initio deuinciretur, & hoc non ob aliquam culpam, sed ob eius conseruationem; molles etenim, & admodum disiectæ compagines ossium, & rectius seruantur, & fiunt solidiores. (vt omnibus olim constitit) Præterea cum quis ab initio grauia expertus fuerit, is, cum adoleuerit, cuncta solertius regit, tum præcipue cum proprij primordij memor fuerit, is itaq;, inter cuncta animantia, & doctrina, & ingenio præstantissimus est, & ipsi Deo proculdubio simillimus; formauit enim Deus hominem ad imaginem, & propriam similitudinem; Ideo qui censerunt melius non nasci, quàm nasci, & circũdari tot, tantisq; calamitatibus, ignari penitus fuere; namq; compertum est, melius nasci, & damnari, quàm nil penitus esse Et qui ad calamitates, siue affectus graues, & morbos innumerabiles respexit, dixitq; saltem bonum esse post ortum quàmcitissime aboleri, is

non nouit, quod inter disertos fieri solet, In aduersis pulchrum esse, constantis animum cognoscere. Quod, qui possident cœlum, perhibent; Non enim secundæ vitæ cursus, verum immensa pericula quæ passi sunt; Immēsæ etiam felicitatis causa fuere; Et quoniam ad discrimina, & labores, & morbidos affectus natus est homo, pulcherrimum putamus cognoscere tot mala, vt congrua arma paremus, quibus ea repellere valeamus; aut hoc efficere nequeuntes, saltem subterfugere possimus. Postquam igitur referemus acerrimos languores, & graues cruciatus humanos, narrabimus & medentium præsidia compendiose, vt fidem adhibens illis grauius non incidat in discrimen, sed propriam recipiat salutem; Quia plurimi dum alia experiuntur præter hæc, auspicantes morborum propulsationem in grauiores frequēter recidūt curas.

DE NOMINIBVS PROPRYS MORBORUM COMPOSITORUM SECUNDUM GAL.

DE NOMINIBVS PRO-
pryſ morborum cōpoſitorum ſecūdum Gal.

c ERTVM eſt, quòd ab intemperie humorum, ex quibus humana corpora ſunt conſtituta, morbi naſcuntur, quamuis & errores noſtri plerunque ſunt cauſa plurimorum & externorum, & internorum cruciatuum. Itaque dicimus de mente Gal. in diff. med. morbum eſſe mutationem corporis a diſpoſitione, & ſtatu naturali, in eum qui præter naturam eſt. Propterea liuor, hyćterusue color, & rubedo flammæ conſimilis, & fuſcedo compar terræ, ſunt inditium noſtrorum affećtuum. Etſi reſpiratio ſuſpirioſa idem, & pulſus creberrimus oſtentat. Ex his namq; inditys potiſſime comprehendimus naturalem ſtatum ad eum qui præter naturam eſt, mutationem feciſſe; Sunt etiam & alia inditia, vt docuit Hipp. quæ quoniam arbitramur, vobis eſſe notiſſima, prætermittimus, quia iam acceſſus opportunus eſt ad ea, quę extra corpus prominent mala, de quibus, quædam tuboroſitates, ſiue apoſtemata, quædam vlcera dićtitamus; Illata vero vulnera ſunt, aſt liuores, contorſiones, & oſſium confraćtiones, caſuum, vel conuulſionum, ſunt certiſſimum inditium. Itaque tuboroſitatem duritiem vix ſentiētem dicimus, quam Gal. Scyrrhum appellauit,

pellauit, Et tumor qui laxus est citra dolorem ab eodem dicitur œdma. 2. Med. Metho. At phlegmonem apostema scimus calidum esse, & maxime sensationis, vt retulit Aui. 3. quarti; Vlcus vero constat eluxationem esse; Et fracturam ossis vocat Gal. catogma, & conuulsum spasma, & ruptum rhegma, mutilum etiam colobon, at erysypelas, apostema planum, vlcus autem valde rodens cancer est, sed œdma produxit pituita humida, & frigida, phlegmonem sanguis humidus, & calidus; erysypelam flaua bilis calida & sicca; cancer vero pascitur atra bili frigida & sicca, & vlcus omnino phagedena exedens, Herpetus tamen non semper vlcus est depascens, cum tantum vicinas partes depascit, & relicto priore loco transit ad alterum; Alopetia morbus capitis est, cuius crustosæ squamæ signum, & vitium in cute serpentis formam referens, Ophiasis a Gal. appellatur; Sunt etiam morbi a similitudine, vt elephantiasis, & lepra, polypus narium, myrmecia, verucę, vua staphyle, & vitiligo alba, leuce vocatur. Et in pudendis erectiones præter naturam satyriasmi, & priapismi conspiciuntur, demum in omnibus affectibus præter naturam tria consideranda sunt, causa, morbus, & syntoma, quæ cuique prudenti arbitramur esse notissima. Et hæc de forinsecis, quia Gal. perpauca sunt uomina morborum, quæ nec locum affectum nomine representent, nec

causam quæ eos efficit.

DE PROPRIIS NOMInibus morborum internorum secundum eundem.

OMNES, arbitramur, mirifice tristari prudentes, quia vident veterem cupiditatem studendi exaruisse; pauci enim retinent gloriam antiquam Italicam, sed cuncti abutuntur Latinis, & Atticis regulis, quamuis Græco idiomati student, terminis namq; vtuntur inauditis apud Italos, verum, nec apud verbosos repertis græculos. Cupimus igitur cognoscere quomodo cum ijs ratiocinando alicuius sedis humani corporis affectum cognoscemus, dum in proprijs nominibus vtuntur affectarum partium, quamuis non multum interest, quo nomine vocitent morbum, dum affectæ sedi oportunum præsidium porrigant. Tamen qui & naturæ, & priscorum eruditorum bonus imitator est, is nouit quibus nominibus vsus est Gal. in vocitandis morbis, nam in prædicto opere. 2. de med. meth. dixit, Capitis dolor cephalalgia vocatur, grauis sopor coma, immoderata vigilia agrypnia, & delirium paraphrosyne, phrenetis autem ab Aui. carabitus, & est calidum apostema ventriculorum cerebri, letargo vero frigidum, stultitia amissio intellectus, mania, & me-

lancolia vnà cum morbo comitiali graues affectus sunt cerebri; Aurium dolor otalgia, oculorum phleg mon ophthalmia, palpitatio palmos, dentium dolor odontalgia, conuulsio spasmos, & tremor, tromos, resolutio paralysis, difficultas spirandi dyspnœa, & cruditas apepsia dicitur, defectus spirandi apnœa, dolor cordis cardialgia, vteri dolor hysteralgia vocatur, & tenuium intestinorum morbus ileos, tormina intestinorum dysenteria appellantur, Maioris autem intestini cruciatus colicus languor, desidẽdi assidua cupido Tenasmos, & renum vitiũ Nephretis nũcupatur, sed coxendicus morbus Ischias, & pedum vitium Podagra, vt & manuum chiragra vocitatur.

DE AFFECTIBVS E flaua bili nascentibus.

ET quoniam ex succis e quibus humanum corpus constat, graues affectus nascuntur, visum est referre & singulos morbos, quos quilibet succorum producit, quoniam cognitis, & morbis, & subiectis morborum facilius infecti curantur; flaua igitur bilis, quæ calida & sicca est, cum per vniuersum corporis habitum diffunditur, Regium morbum producit, si vero in partem vnam declinauerit, efficit Erisypelata, atque Herpetes excitat, feruet autem æsta

te, propterea Gal. Aphor. quarto, recte autem æstate quidem purgat superius, quoniam & qui tunc humor superabundat flaua bilis est.

DE AFFECTIBVS AB atra bili orientibus.

DVPLICEM habet ortum succus is, namque vel flaua bilis superassata fit bilis atra, siue crassus sanguis efficitur melancolia, quæ est sicca & frigida, & dominatur præcipue in autumno, & cum fuerit in vniuerso corpore sequitur elephas, cumque in partem declinauerit apparet cancer.

DE AFFECTIBVS E pituita prouenientibus.

GAL. in de dif. febrium libro. 2. cap. de febre hepiala dixit, quicunque humor natura frigidus atque humidus fuerit, hunc nos pituitam appellamus, quæ est frigida & humida, & eius sunt species quatuor, videlicet, salsa, acetosa, dulcis, & vitrea, is autem humor si per vniuersum corpus increuerit, ea species aquæ inter cutis comitatur, quam leucophegmatiam vocant, in vna vero parte si fuerit ædma producit, & per excrementa serosa inter cutem aquam concipimus, mixta autem sanguini, &

multa symptomata, & plurimas morborum species inducit.

DE AFFECTIBVS E sanguine nascentibus.

SANGVIS humidus & calidus humor est, & putrefit, cum ab aliena caliditate superatur, & duplici modo putredini succumbit, alter est ex magnis deustionibus Solis, & pestilenti aeris statu, alter est cum coaceruatur in loco cui & vim opprimit, quia corrumpi consueuit; Censendum est igitur ipsum sanguinem aliquando in illis, quæ inflammationem patiuntur, particulis subire putredinem, inquit Gal. ex qua simpliciores quidem, quàm ex alijs humoribus febres fieri, similem vero accessionum proportionem assumere, qualem tertianæ maxime febres ostendunt.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine mollienti flauam bilem.

GALENVS in de arte curatiua ad Glauconem, inquit, flaua vero bilis, quando sui seruans naturam, vnà cum sanguine per totum corpus defertur; morbum facit qui regius appellatur. quid igi

tur dicendum sit, faciat, cum suam excesserit naturam? Ne ergo cum sæuierit, miliarem, vel herpetem exedentem producat; his erit vtendum medicaminibus, quia sçuientem bilem compescunt. Et de simp. est rosa purpurea, & violæ, quæ in sæpibus, & dumetis frequentius, quàm alibi oriuntur, & endiuia hortensis & siluestris, quouis comesta more. verum elixam præstantiorem putamus, quia cruda bis in ventriculo coquuntur, haud aliter & de lactuca dicendum, quoniam singulis diebus olus hoc, omnium inchoat dapes, etsi olim cibos claudere solebat; laudatur etiam portulaca, commendatur acetosa, & cicorio, magnifit, & cucumer, & ferculum de cucurbita, nec spernenda est scariola, borago, & lupulus, verum & fumusterræ, & semperuiua, & lapatium, furorem dictæ molliunt bilis, quod & de absinthio ro. & de papauere albo plerique dicunt; At nos epaticam, & capillum veneris commendamus, quia vt succus citri, & succus limonis, & acetum mediæ acerbitatis, vires ipsius comprimunt bilis, ita etiam & serum Capellę, & camphora, & spodium secundum Arabes, & vterque sandalus comprimit, & cuncta alia, quæ dictorum imitabuntur proprietatem, eundem reprimunt succum, quæ non breuitatis gratia, verum propter vbertatem scribentium omisimus. Quando autem dicta non compescerint bilem, tum ad hos potus descendes, qui apud recentio-

res Sy. habent nomen, fortius etenim dictis, flauæ bilis molliunt furorem, inter quos acetosus simplex, primum gradum habet; tamen non fit minoris Sy. acetosus diarodon, etsi plurimi laudauerint Sy. de infusione rosarum; omnes autem commendant Sy. de succo rosarum, ex quibus etiam nonnulli præferunt Sy. de succo acetosæ; sunt autem ex Medicis, qui magnifaciunt Sy. de cicorio, & simp. & compositum; tamen & sy. violaceus eandem bilem frenat, quod etiam facit vterque sy. de fumoterræ, verum compositus id efficit fortius; præterea & oxizachara, & sy. de acetositate citri, & sy. de limonibus, oximel diureticum, sy. de succo endiuiæ, sy. de sutco lupulorum, sy. de radicibus cum aceto, sy. de portulaca, sy. de succo vuæ acerbæ, & iuleb rosaceus itidem, ac violaceus, dictam deprimunt bilem, & alia quæque dictis simillima.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine educenti bilem.

CVM nobis videretur, acerba, & immatura mors illorum, qui posteritati aliquid fructuosum parant, visum est, hæc, illis colligere medicamina, quibus dum vti proponunt, repentino obitu non præoccupabuntur; verum, suam memoriam bonis operibus nepotibus extendēt, Ideo præceptum Senis, cum

præmissis, præcipimus seruandum esse, quia docet Aphorismorum. 1. Cōcocta medicari, inquiens; atque mouere non cruda, & quæ sequuntur. Et in. 2. dixit idem; Corpora cum quispiam purgare voluerit, oportet fluida facere. Seruatis ergo præceptis, cum medicaminibus illis, quæ in præcedenti capite scripsimus, ad hæc saluberrima præsidia descendēt. Et de simplicibus sunt, oēs species mirabolanorum, aloes epaticum, scamoniū, & oēs volubiliū species, fumusterræ, cum suo succo, succus rosaceus, succus violaceus, & lasciuæ Capellę serū, flos persici, pruna damascena, mezereon, esula, elleborus niger, cassia fistula, tamarindi, reuponticum, reubarbarum; Turbit atque agaricum, familiare medicamen, vt inquit Democritus; hæc enim fluidam bilem e corpore ducunt. Cum vero his votum suum non composuerint, ad has cōfectiones descendent; Sunt enim fermentatæ compositiones, ne possint obesse corporibus, inter quæ, præstantissimum est elect. de reubarbaro, sed & elect. de psilio eandem euocat bilem, & elect. de succo rosaceo eundem educit succum, quem & diaprunis lenit, & pellit exterius, idem etiam facit diacatholicon, & Arnaldi, & Nicolai descriptione; Et Trifera persica, & elect. de dactilis perhibet idem; nouimus etiam sy. de tribus infusionibus rosarum eundem in euocando humorem præstantissimum esse, laudatur & sacharum viola-

ceum,

ceum, in quantitate haustum, vstiorem vero bilem conf. amech e corpore vehementius pellit; Sed de solidis medicaminibus, quæ eundem sortiuntur effectum sunt pil. de fumoterræ, pil. agregatiuæ, pil. de reubarbaro, & simillima, quibus vti poterũt omnes, omni remoto discrimine, qui sæuientem bilem expellere voluerint. Tamen optatum desiderium dum consequi cupiunt, semper nomen altissimi his etiam medicaminibus præponant.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine mollienti melancholiam.

NON, vt plerisq; sapientiores videremur, hæc scripsimus, sed, vt laborem subiremus illorum, quorum hæc maxime intersunt. Et quoniam melancholia de succis est in nobis, vt inquit Gal. in libro de diffinitione medicinæ, passio rationi officiens, cum cordis difficultate, & cum nutricatione eorum, quibus maxime vesci delectamur, quod pessimum est de proprietate humorum. Est enim habitus ex atra veniens bili omnium habitudinum corporis valde odibilis; Is autem succus fit, vel e flaua bili superassata, siue ex sanguine crasso, vt idem docuit quarto aphorismorum, commento. 22. demum quot mala succus is gignat in nobis patet plurimos scri-

psisse; Nos autem prosequimur ea tantum, quæ melancholiam & molliunt & educunt, ne magis officiat corpori, quàm nocuit. Igitur de simp. est buglossa, borago, & flos amborum, & fructus caparis, & cortex citri, & fistici eundem molliunt succum, & mala, præcipue appia, melancholiam temperant, & timus, & epitimus, pimpinella, citrach, tamariscus, ozimum sene cum foliculis, & anthos cum rosmarino eidem aduersantur humori, crocus etiam, & gariofilus eundem oppugnant succum, & omnes mirabolani, & lapis lazuli, & lapis armenus mitiorem faciunt melancholiam; sed lupulus, calamentum, & polipodium remolliũt eandem, vinum etiam creticum, & cum phalerno, campanum, totum lætificando corpus, bilem quoque lætificat atram; Sed fortiora dictis, sunt oximel squiliticum, sy. de pomis, sy. de corticibus citri, sy. regis sabor. sy. de timo, sy. de epitimo, sy. de succo boraginis, sy. squiliticus descriptione Democriti, quia incoctam melancholiam optime concoquunt, verum bilem atram vterque sy. de fumoterræ decoquit, & alia quæ superum princeps eadem dotauit proprietate.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine educenti bilem atram.

SI quando profuerimus, nūc maxime cupimus prodesse studentibus, quoniam plerunque studiorum ob causam plurimis melancholicis affectibus premuntur, ne igitur penitus opprimantur, postquam mollierint dictum humorem cum simplici, vel composito medicamine, eundem in expellendo succum, his, vel simplicibus, siue compositis vti poterūt presidijs; Et de simplicibus sunt omnes mirabolani, est & lapis lazuli, & lapis armenus; Etsi diximus hęc, in de mollientibus dictum mollire succum, nec mirandum quoniam hæc, cum coquentibus, concoquunt, & cum mouentibus posita educunt; idem etiam de sene, & foliculis confitemur eius; succus vero fumiterræ, & serum lactis Capellæ, reubarbarum, turbit, agaricus, coloquintida, euforbium, & cerusa, atram, potētius euocant bilem; mitius autem pellunt, mercurialis, ysopus, vrtica, squilla, epitimus, polipodium, lupulus, calamentum montanum, sticados, & ius brassicæ; sin minus his etiam dictum succum non eduxeris, confugies ad hæc fermentata medicamina, de quibus est conf. diasene, conf. anacardina, catarticum imperiale, yera rufini, yera logodion, & conf. hamech; his autem blandiora sunt trifera persica, diacath. tā Arnaldi, q̄ Nicolai descriptione. Cū vero solidioribus dictum malueris educere succum, poteris vti pil. de lapide lazuli, pil. de fumoterræ,

pil.de reubarbaro, pil.fetidis, pil: sine quibus, pil.aureis, pil.de euforbio, quibus & singulis, & quibusdam, vnà mixtis, & præmitur, & educitur atra bilis; refugies etiam nonnunquam ad stomaticum solutiuum, quoniam illud idem facit, quod ex prædictis medicaminibus efficit præstantissimis, vnum.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine mollienti pituitam.

QVOD affectis pituita, tam celeriter, vt debuimus, non scripserimus, quibus pituitosi languores oppugnantur, hoc ę depol curis, quibus angebamur, ascribendum erit; nunc autem id faciemus, quia data est nobis commoditas, namque restitutos videmus pristinis hilaritatibus. Itaque incoctam pituitam, molliunt absinthium, feniculus, apium, saluia, sansucus, mentha, rosmarinus, pulegium, sticados, iua, abrotanum, betonica, scabiosa, eufragia, & scolopendrion; sed de fructibus eundẽ concoquentibus succum, est dactilus, Zinziber, & ficus; at de gummis Thus est cum mastiche; de radicibus, liquiritia, cum piretro, Cinamomum etiam pituitæ obnoxium est; de compositis autem, quæ hunc congestum molliunt humorẽ, sy. est de sticados, mel rosaceum, oximel simp. & compo. acetosus simp. sy. menthę, sy.

de rad. cum aceto, atque oximel squiliticum. Hæc sunt igitur, quæ pituitosa excrementa decoquunt, quo dicendis, atque ope superum, omni remoto crimine educantur.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine educenti pituitam.

VT primum occasio nobis data est, nostro pristino labori incumbere cœpimus; etsi non omnibus, verum illis tantum, qui diligent opus hoc, satisfaciemus, qui dictis cum mollierint pituitā his illam simp. educere poterunt, ysopo, scilicet, vel montano, vel hasce, quamuis eundem succum, & centaurio euocat, & carthamus, eupatorium, asarus, capillus veneris, & sticados, fortius autē, hoc facit aloes, q̄q̄ lotus, & reubar. etsi maiorem habet in bili proprietatem, præterea mirab. chebuli, emblici, ac berilici perhibent idem; Multi etiam pituitosis in affectibus præferunt cassiam fistulam, & tereniabim; alij & ius galli laudant, nonnulli agaricum, quidam turbit & coloquintidam, reliqui vero hermodactilos, squillam, & yreos Illiricum commendant; Cætera vero turba pręposuit dictis, elaterium, elleborum nigrum, mezereon admixtum abscinthio, arthanitam, serpentariam, vtranq; aristologiam, alscebram, & vitem

albam; Nos etiam commendare cogimur sarcocollam, euforbium, opopomacum, & serapinum, been baurach, atque salgemma; Hæc sunt igitur simp. quæ pituitam concoctam e visceribus pellunt, sin minus his non euocaueris dictum humorem, tum istis vti poteris compositis, & audatius, quoniam siquod crimen erat illis fermentatio correxit. Inter quæ potissima est yera Gal. tamen laudatur & yera logodion, yera Hermetis, & yera Archigenis; commendatur etiam diafinicon, electuariũ Indum maius, electua. elescoph, & benedicta; At de solidis medicamentis Tro. de agarico, pil. de yera simp. pil. de yera cum agarico, pil. maslichinæ, de ermodactilis, fœtidæ, aureæ, chochiæ, asageret, sine quibus, de aloe loto, de tribus rebus, & alia horum proprietatem imitantia, commendantur, vt pil. de benedicta, de serapino, de euforbio, alephanginæ, aggregatiuæ maiores, de quinque generibus, & pil. arabicæ, sed diacarthamus in pituita maxmam habet proprietatẽ.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine depuranti sanguinem.

QVANTVM nocua sit, cuivis mortalium sanguinis corruptio, arbitramur cunctis esse notissimum. Tamen quadrupliciter corrumpitur, vt

habetur a Gal. 2. de diff. febrium, dum inquit; Sanguis corrumpitur ex solis deustionibus, vel cum plurimus aceruatur in aliqua parte corporis corrumpi cõsueuit. Et inferius cap. xi. circa finem duas itidem corruptionis adducit causas, inquiens. Et quia sanguis, alijs quę iã putruerunt superfluitatibus remiscetur, & quoniam introrsum difflari non potest, ne igitur quis ob impurum, & corruptum sanguinem obducatur tenebris, vtatur lactuca, boragine, & buglossa, edat etiam lupulos, & cicorion, neque spernat epaticam, capillum veneris, endiuion, & tarasacon, & fumumterræ semper magnifaciat, vescatur nonnunquam & cucurbita cum vuis acerbis, oblectetur & peponibus, cucumere magno, & malis punicis dum medij saporis erunt; Vere etiam nouo vti debet sero caprino, quia vltra depurationem sanguinis furorem bilis compescit; verum cum hæc non depurauerint sanguinem, tum ad refugium horum currendum erit, sy. videlicet, de succo cicorij, sy. de succo boraginis, sy. de succo lupulorũ acetosum simp. sy. de agredine citri, & vtrunq;, sy. de fumoterræ; Hæc enim sunt ea, quæ virtutę magni Dei depurant sanguinem.

DE EMISSIONE sanguinis.

ET de emiſſione ſanguinis quæ fit per ſectio-
nem venarum, appoſitionem cucurbitularum, & ſuc
cionem hirudinũ, aliquid dicendum eſt, ne quiſpiam
cadat in errorem, quamuis id nunquam animo ſua-
det, niſi qui ratione caret; Duas igitur cauſas aſſeri-
mus potiſſimas, inciſionis venarum, itaque altera eſt
cum ſanguis ſuperauctus fuerit, qui futurum mina
tur morbum; Altera vero cum quis ob vbertatem
ſanguinis in languorem ceciderit; Alterius etiam
iſtorum propter copiam ſecantur venæ; alterius au-
tem incidũtur propter putredinem eius. Inquit enim
Princeps quarta, primi, quòd flobotomia eſt euacua
tio vniuerſalis, qua multitudinem euacuat. Sed Gal.
in libello de ratione curandi per emiſſ. ſang. inquit.
Indicant autem hæc, detractionis quantitatem, non
ipſam ſanguinis detractionem; Itaque ex morbo,
ætate, & viribus minuendus eſſe ſanguis cogno-
ſcitur, ſed propter diuerſitatem affectuum diuerſæ
& venæ ſeccandæ ſunt; In languoribus etenim ca
pitis, & oculorum apoſtematibus, & frontis vena,
& in brachio, & iuxta pollicem, quæ dicitur cepha-
lica, inciditur, & in ſinanchia, & in cruciatibus lin-
guæ; verum antiquis in curis capitis inciſio venæ oc-
cipitis laudatur; ſed in affectibus aurium, & lumi-
nis præfocatione oculorum ſectio venę, quę in tem-
poribus apparet, laudatur, & ſucci vbertate afflu-

xi ad oculos vena in cacumine narium secta, educit, sed vlcerulis, pustulis, & scabiei capitis, vena in maxillis incisa subtrahit fomentum, & sub lingua venulæ sectæ in angina, & tumoribus gutturis collaudantur, & in maxillarum doloribus, vena sub mento disiecta prodest; at calidis in languoribus cordis, capitis, ventriculi, & lateris, apertio venæ communis, confert, & basilicæ incisio & fluxum sanguinis frenat, & iocinoris, & lienis temperat affectus. In curis autem capitis, pulmonis, & præcipue splenis, saluatela aperitur. In cordis etiam curis incisio venarum super præputium commendatur, & sub præputio in affectibus testium, & venæ sub poplite sectio a renibus, coxis, & vessica educit, sed vena sub clauicula, aut nodo pedis, in parte domestica incisa sciaticæ, & iuncturarum componit languores, verum & saphena dextri pedis menses euocat, secta, & saluatela in retentis mensibus aperta prodest; Cucurbitulę autem in crasso corpore non adeo laudantur, vt in gracili, & macro, quoniam idem Princeps inquit ventosæ cutis partem magis mundificant, quàm flobotomia, & plus extrahunt sanguinem subtilem, quàm crassum. Sed Galenus, Cucurbitulæ ijs qui ante euacuati sunt conueniunt, nã in plethoricis haud vtimur illis. Aui. etiam, Extractio, præterea sanguinis a sanguisugis facta, profundior est extractione, quæ fit cum ven-

tosis. Et Galenus, Sciendum autem est sanguisugas haud eum qui in profundo est, sanguinem extrahere, sed tantum quo caro imbuta est exsugere. Hæc sunt igitur, quæ de emissione sanguinis voluimus dixisse.

DE QVANTITATE simplicium exhibenda.

ETSI nobis multa sint gaudij, pleraque etiam lætitiæ, aliqua spei, atque exultationis, plurima vero sunt timoris, molestiæ, & desolationis, quoniam exitu laudabili non concluduntur, vt igitur animus legentium aliqua expleri possit voluptate, huius lectionis, pondus, & quantitatem, iam ponemus omnium quæ in prædictis scripsimus, ne quis erret in deglutiendis illis, quia vt pondus moderatum prodest, ita etiam immensa quantitas obest, demum vt experti sumus dicta, necnon vt apud celeberrimos autores legimus, scripta referemus pondera, ne quis auspicans salutem, conglutiat, quod extremi fati causa esse posset; de herbis, & oleribus in quibus non est facultas laxandi, omnis, ad arbitrium edere poterit, & de eorum sublimationibus hauriet, vt libuerit, in quibus autem mouendi vis erit, nisi, vt dicemus, vtetur. Et iam ab abscinthio incipiemus, & hoc secundum Mesue; itaque succi absin-

thij a tribus drach. ad quatuor vſque ſorbet, verum elixationis eiuſdem ab vntiolis quinque vſque ad vntiolas octo aſcendet, & pulueris eius a drach. duabus vſque ad tres glutiet; at de ſucco fumiterræ ab vntiæ dimidio ad vntias duas abſorbet, & elixationis eius ab vntiolis decem ad quindecim vſque veniens hauriet, & pulueris a drach. tribus ad drach. quinque deglutiet. Tamen elixationis eupatorij bibet ab vntiolis quatuor ad vntiolas ſex, & pulueris eius conglutiet a drach. duabus ad drach. tres, iuris autem epitimi a drach. quinque ad drach. viginti, & pulueris eius a drach. tribus ad drach. ſeptem conſcendent, & concoctionis haſce a drach. quinque ad drach. decem bibet, ſed yſopi montani a drach. ſex vſque ad decem, & pulueris eius a drach. tribus vſque ad drach. ſeptem hauriet. Cum vero oportuerit vti elixatione capillorum veneris, tum non minus duodecim vntijs ventrem proluet; ſed elixationis centaurij ab vntia ad tres vſque ſorbet, & contriti a tertio vntiole ad vntiolam & dimidium veniet; ſed infuſionis ſene ab aureis tribus ad vntiam vſq; potabit, & quoniam mezereon dicitur, rapiens vitam, ſiue faciens viduas, ideo formidantes tanquã quid exitiale a drach. dimidio ad drach. in elixationibus deglutiet, & pulueris eius vſus eſt a charactis duobus vſque ad quinque. Nunc autem ad ſolidiora tranſeamus, quia de ſolidioribus etiam medicamen-

tis, sunt plurima, quibus modeste vti oportet, ne, vbi quis salutem optat, mortem adipiscatur. Cum quis ergo ijs oblectabitur, conspiciet hæc quæ de quantitate eorum collegimus, demum aloes a dimidio aurei ad duas drach. conglutiet, & eius infusionis ab aureo ad tres vsque drach. mirab. cit. a drach. duabus ad drach. quinque, infusionis vero a drach. quinque ad drach. viginti, chebulorum contusorum a drach. duabus ad quatuor vsque, infusionis autem a quatuor ad drach. decem, Indorum vero haud aliter, quàm chebulorum, tamen emblicorum contusorum ab aureo ad aureos tres, sed demollitorum ab aureis tribus vsque ad sex, & reubarb. contusi a drach. ad quatuor vsque, infusi vero a drach. duabus cum dimidia ad drach. decem, cassiæ ab vntijs duabus ad vntias quinque, mannæ a drach. sex ad drach. quindecim, seri caprini ab vntijs sex ad bis sex vntias, succi rosacei ab vntia ad vntias duas cum sacharo violarum ab vntijs quatuor ad vntias octo, & succi earundem ab vntia ad vntias tres. Elixationis prunorum circiter ad vntias duodecim, tamen hoc faciendum est cum sacharo, psilij autem haustus fit a drach. ad tres vsque, verum infusionis asari ab aureis duobus ad quatuor vsque, & pulueris eius a drach. ad aureos duos; & iuris gallorum potus est trium librarum; sed tamarindorum glutiet ab vntijs duabus ad vntias quinque; tamen scamonij solutiui ma-

gni a granis quinque ad grana decem; Turbit autem contusi a drach. ad duas vsque, & elixi a drach. duabus ad quatuor vsque. Et de agarico trito a drach. ad duas vsque, & eius elixationis a drach. duabus ad drach. quinque; de coloquintida a charactis sex vsque ad decem; de polipodio a drach. duabus ad aureos quatuor; sed aceti squilitici potus est a drach. quinque ad drach. duodecim, & oximellis eius ab aureis sex vsque ad tres vntias, & Tro. eiusdem a drach. duabus ad quatuor drach. & yreos a drach. duabus vsi sunt antiqui ad drach. sex; & succi eupatorij a granis quindecim ad drach. dimidium; & elixationis radicum elaterij vtebantur ab vntiolis duabus ad vntiolas quatuor; sed lapidis armeni non loti a dimidio drach. ad duas vsque glutiebant, loti vero a drach. vsque ad duas; Tantundem etiam de sarcocola faciebant; de serapino autem deglutiebant a dimidio drach. vsque ad aureum; de euforbio a characte dixerunt vsque ad tres; de opopomaco a drach. ad duas vsque; de aristologię spetiebus a drach. ad aureum; florum vero arborum Capistri a drach. duabus ad drach. quinque, & eius seminis a drach. duabus ad drach. quatuor; de ellebo ro nigro inquit Mesue a charactis sex ad drach. tertium, vel ad summum ad drach. vsque. Hæc sunt itaque pondera, & quantitates simplicium, quibus prisci vtebantur in expugnandis affectibus, licet au-

tem hac tempestate prudenti medico & transcendere dicta, & minuere pondera iuxta affecti corporis necessitudinem, agendo gratias superum maximo quoniam bonis ille dotauit cuncta proprietatibus.

DE QVANTITATE compositorum soluentium exhibenda.

PROCVLDVBIO omneis detractores, & inexpertem, & ineruditum me hominem dicent, quia per desidiam & otium, nil, nisi ea scripserim olim quæ & doctissimi scripserunt. Tamen hoc idem scripsisse. fuit eadem colligere strictius, quod, non nisi honorabili exercitio ascribi potest, congeries etenim librorum in quibus hæc scripta sunt, non adeo domi, verum minus extra haberi potest, igitur cum quis hæsitabit in quantitate offerenda compositorum, tum prospiciat paginam hanc, quoniam in ea conscriptum hoc inueniet; Demum ab yeris incohando, dicimus, quòd de yera Galeni ab vnciæ dimidio ad vnciam cum dimidio offerri potest, & minus etiam, & secundum necessitudinem; sed yere Hermetis pondus datur drach. vsque ad duas; & yere Archigenis aurei quatuor, sed cum elixatione passularum, siue epythimi, & yere logodion, inquit Princeps, pondus integrum est quatuor aureos

rum cum melle, & aqua calenti, vel cum elixatione passularum, & epythimi; At de elect. Indo maiori aurei tres exhibentur, & diafiniconis ab aureis tribus ad aureos septem; Benedictæ magnitudo castaneæ cum vino tandem; Triferæ persicæ vntiola; Ellect. elescoph ab aureis duobus vsque ad tres; conf. Amech a drach. duabus ad aureos duos; diacassiæ ab vntiæ dimidio ad vntiam vsque, diaprunis sol. quantitas castaneæ posuit Nicolaus, daretur; Non solutiui vero haustus fit ad libitum; sed de ellect. succi rosacei, vt prædicti idem præcepit, exhiberetur; Verum de ellect. de spilio a drach. tribus ad aureos tres offertur; & ellect. rosati glutiũtur drach. quinque; diacatholiconis ab vntiæ dimidio ad vntiam vsque; & diasene a drach. ad vntiam vsque capitur, de catartico imperiali fit, vt de quo vis solutiuorum; de ellect. de sebesten sol. a drach. ad quatuor vsque, non solu. vero ad libitum quemadmodum & de ellect. dicitur lenitiuo, offerri potest; diacarthami tandem porriges secundum necessitatem, hęc tamen etiam hac tempestate arbitrio subijciuntur prudentum; librantur enim iudicio laudabili, & affectis dictorum offertur quantitas, quæ succum lædentem corpus educere valeat; sinautem solidioribus oblectaberis medicamentis in expugnandis languoribus humanis, tum pillulis vti poteris a scrupulo ad drach. vsque & vltra, dum videbitur, addendo ma-

gni solutiui, vt necessitas postulauerit; & de pil. sunt pil. aureæ, pil. chochiæ, arabicæ, sine quibus, de agarico, de yera cum agarico, optomere, de quinque generibus, sebeliæ, asaieret, de fumoterræ, aggregatiuæ, indæ, stomaticæ, de lapide lazuli, de euforbio, de ermodactilis, fœtidæ, de mezereon, de aloe loto, de reubarb. de benedicta, lucis, de serapino, artéticæ, & simillima, quæ dum volueris vberius apud priscos inuenies scripta doctores. Hæc enim necessitatis gratia posuimus, quoniam prçter hæc plurima sunt magnis dotata proprietatibus, quæ languores mortalium frequenter comprimunt, quæ hæc pagina dum scripta, & in tergo tantundem foret, nequaquam contineret, ea tandem præstantissimis ingenijs colligenda omissimus.

DE QVANTITATE cordialium, & stomaticarum conf. glutienda.

PROFECTO, qui aliena non optat, is turpi lucro non dat operam, sed omnis redditus eius est ex iucundissimis lucubrationibus, quia studia amat quibus plurimum præstat illos, Inanis qui semper incumbunt voluptatibus. Et quoniam is & corde afficitur, & ventriculo nonnunquam laborat, propterea misertus languoris eius, quæ impediunt

unt, tot bona, visum est de quantitate, & cordialium quorundam, & nonnullorum fouentium ventriculum scribere, ne hæsitet in deglutiendis, tanquam noxia forent, igitur, prout oblectabitur, poterit vti cordialibus, de quibus sunt fragmenta omnium lapidum pretiosorum, & margaritarum, præterea de confectionibus est sacharus buglosatus, ac boraginatus, diamargariton, ellect. de gemmis, diambra, diamuscus, sacharus rosaceus, sy. de pomis, sy. de corticibus citri, sed quanto maior deffectus fuerit cordis, tanto maiorem quantitatem facies gluti at horum, quia saluberrima, cum vero ventriculus pituitosis succis, aut flatuosis spiritibus torquetur, ad refugium dianisi curres, siue ad auxilium diacimini, vel vtatur diagalanga, aut glutiat aromatici rosacei, aut rosatæ nouellæ formulam. Tamē & aromaticum gariofilatum ventriculi languorem oppugnat, & trifera magna eiusdem componit curas, & ellect. de corticibus citri stomachi fouet calorem, & diacitoniten retentricem excitat virtutem, fouet etiam dictæ sedis omnes virtutes, ellect. inuentionis Mesue; sternit autem eius tormina, & spiritus flatuosos; ellect. baccis lauri cum phalerno, siue optimo cretico; idem tamen & tiriaca Andromaci facit, cuius indeffectu conf. Mithridatis deglutitur; Cum vero cuncta hæc ventriculi languorem non expugnauerint, tum ad Philonij recurres medicamentum;

sternit enim quemuis affectum mendaciter, & eius haustus est magnitudo fabæ, tamen plerique ad drachmam ascendunt, & vltra, nihilominus ab opiatis fugiendum est pro viribus, quoniam & cerebro nocent, & mendose, vt retulimus, comprimunt affectum, qui post dispersam dicti medicamenti virtutem, dum expergiscitur, grauius infectum torquere solet.

DE SIMPLICI MEDICAMINE RESPICIENTI CAPUT.

CVM quis nocuos succos sedentes in capite, præcipue incoctos, mollire voluerit; Tum offerens potum oximellis, vel sy. de sticados, vel quid similli mum, addet de simplicibus caput tuentibus, quoniam fauore superum, & virtute eorum, potus ille citius ascendet, de quibus est peonia cum semine, cubebe, & nux muscata, aut amaracus, vel sticados, siue thus, & alia quæ noueris paria esse, fateberis haud aliter, quàm dicta, eodem in vehiculo præstantissima esse.

DE SIMPLICI, ET COMPOSITO MEDICAMINE EDUCENTI A CAPITE.

QVEMADMODVM affectus, qui nos tempestiue adeunt, molesti sunt, ita etiam & medicamen respiciens aliam, quàm affectam sedem, dum morbido oblatum fuerit; ne igitur quis erret in eligendo in tam magno aceruo medicamẽtorum, quod succum nequam educere possit, eliget ex his capiti familiarissimis, videlicet, sticados, mirab. indis, & chebulis, coloquintida, agarico, sale indo, aloe, lapide lazuli, & lapide armeno; Sin minus dictis eduxerit succum, ad hæc composita descendet, quæ etsi quamlibet nostri corporis sedem respiciunt, tamen in affectibus capitis præstantissima dicuntur; de quibus est yera Gal. yera logodion, yera rufini, yera Hermetis, blanca, & Theodoricon anacardinum; verum cum quis solidioribus oblectabitur, deglutiet pil. aureas, vel chochias, aut de yera cum agarico, siue arabicas, aut asaieret, vel sine quibus, aut lucis. Hæc enim sunt quæ languorem capitis præmunt, & quoque quemuis eius affectum sternunt internum.

DE SIMPLICI MEDIcamine respicienti pectus.

QVID est, quod tanto opere nos mouit, vt scripserimus hoc, præcipue, quia plurimi scripse-

runt, dicimus; & pulchrũ putauimus recensere, quæ nobis præsidio sunt, quoniã inficimur extremis languoribus non vnquam. Itaque intestini dolores impediunt, ne possimus, vel Gal. vel Principis percurrere scripta, vt nobis affectis, ex methodo eorum profuissemus, ideo hæc colligimus, quo nobis essent instar baculi seni, quibus omnis vti poterit, qui voluerit vt medicamen, cito ascẽdat ad pectoris lãguores, cum quibus belligerare possit, ad victoriam; igitur ysopus est de talibus, & liquiritia vehit oppugnantia pectoris affectus, & chesmes, & capillus veneris, & squilla, & prasium faciunt idem, & lilium album, & ordeum, & rad. arist. præfatorum offitio vtuntur; verum enimuero de eisdem & fen græcum est, & amiliũ, & pineoli, & gummi arab. & dragagantum, & pulmo vulpis cum melle hyblæo; dum ergo cogitauerimus qualiter cum morbis pugnandum est homini, non spernemus hæc, vt ignaui solent, quia spernentibus vidi ereptam salutem, quę omnibus non minus liberis cara esse debet.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine educenti a pectore.

CVM in eam cogitationem inciderimus, quæ magis territ hominem, quouis grauissimo languo-

re; Excitamur in excogitandis rebus, quæ morti pos sunt esse obnoxia, quando autem post tot cogitationes nihil inuenimus tale, nitimur saltem deuincere curas, quibus premimur. Credimus enim postremã nondum venisse horam; infectus ergo pectoris languoribus, post concoctos succos vtatur cassia fist. siue manna, vel agarico, aut yreos, & coloquintida, hysopo, & violis, quæ, dum succum non eduxerint nequam, sorbeat de fermentatis confectionibus, vt est diamanna, diacassia, diaturbit, diasene, & antidotum paulinum, vel glutiat pil. de agarico, quoniam hæc non mediocrem consolationem afferent illis omnibus, quibus pectoris curæ molestæ sunt.

DE SIMPLICI MEDICAMINE RESPICIENTI VENTRICULUM.

SIQVIS hæsitat, quænam sedes in nobis est illa, quæ & insidias, & perditionem nobis parat citissime, noscat esse ventriculum, qui ob nostram ingluuiem maxime male concoquit alimentum, qui autem non bene digerit, inquit Princeps, is bene non sanguificat; igitur dum quis in gelidis affectibus ventriculo fauere voluerit, vtatur masliche, aut galanga, vel spica nardi, quamuis & citonium, & pirus, dictæ sedi prosunt, & hoc gelidis eius in affectibus; In calidis vero offertur succus vuæ acerbæ

ſuccus punici pomi, & vinum acre. & acetum mediæ acerbitatis , & alia horum quæ ſequuntur naturam.

DE SIMPLICI, ET compoſito medicamine educenti a ventriculo.

QVANTVM neceſſaria ſit homini, ſui ipſius ventriculi cuſtodia ex affectibus, arbitramur cunctis eſſe notiſſimum, ſeruit enim apetitui, & deglutioni ciborum, velut proprium inſtrumentum; Eſt namque receptaculum ſicci, & humidi nutrimenti ventriculus, de ſimplicibus itaqꝫ concoctam pituitam cum prædictis; educit aloes, agaricus, mirab. & abſinthium, reubarb. caſſia, capillus veneris, turbith, & ſimillima; aſt de fermentatis confectionibus calidis, quæ idem faciunt, & præſtantius, eſt ellect. indum maius, diaſinicon, yera Gal. pil. ſtomaticæ, pil. aſaieret, pil. maſtichinæ, pil. de tribus rebus, & catarticum imperiale, ſed calidas curas eius compeſcunt ea, quæ iocinoris comprimunt intemperiem calidam.

DE SIMPLICI MEDICAMINE reſpicienti iecur.

PVLCHRVM esse aiunt omnes eruditi, cum quis ab omni incōmodo, detrimento, & morbo etiam, sincerum, integrumq́; conseruat corpus; Et quoniam iecur ipsum propter supercalētem eius inteperiem, plurimis, nimis tempestiue claudit diem, ideo visum est colligere hæc, quibus dum vti proposuerit, iecoris patiens affectum, salubroir constitutum diem comopnet, de quibus est absinthium, squinantum, cuscuta, endiuia, & lactuca, epatica, fumus terræ, spodium, ac cicorio, aqua ordeacea rubea tinctorum cum sandalis; vehunt enim hæc ad iecur ipsum, solidiora medicamina, quibus omnis calens malus affectus comprimitur eius; multa autem consimilia astu omisi, quoniam eruditis putaui notissima, alijs verum, hæc, arbitror, sufficiunt.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine educenti ab epate.

PRIVSQVAM augeantur mala, & languores iocinoris multiplicentur in nobis, niti debemus in cognoscendis illis, quibus ea & comprimere, & educere possimus, ex quibus ortum habent, quo tutiores, quàm infecti, viuamus, propterea referam, quibus & iocinoris robur muniri, & amicos

armari cõuenit, ideo postquam mollieris stantem in epate succum educes illum cum sero caprino, aut succo rosaceo, siue aliquo ex volubilibus, aut agarico, vel reubarb. absinthio, lupulis, & fumoterrę, vel mezereon, aut yreos, vel eupatorio, siue sarcocola, vel serapino; verum quando dictis compos non fueris, ijs vti oportebit confectionibus, videlicet, diaprunis sol. conf. amech, trifera persica, ellect. de succo rosarum, ellect. de psilio, ellect. rosato Mesue, diachath. & sy. de tribus infusionibus rosarum; Singulis etenim horum iecur ipsum frigefacere, & affectum eius deprimere poteris, quod si solidioribus oblectaberis medicamentis, tum confugies ad pil. de reubarb. de fumoterræ, aggregatiuas, stomaticas, de eupatorio, & simillimas, quoniam natura dotauit hæc tali proprietate, vt epati præcipue conferrent.

DE SIMPLICI MEDICAMINE RESPICIENTI LIEN.

ETSI cuiusuis membri nostri, grauis est affectus, splenis puto, sit grauissimus, ob incommoda intollerabilia, quæ patiuntur lienosi, propterea cum quis huic sedi mederi voluerit, vt celerrime proficiat, offeret (verbi causa) sy. de calamento potum, addet vel sublimationem apij, vel eundem in substantia,

stantia, aut feniculi, vel cuscutæ, siue citrach, inijciat portiunculam, quamuis & cortex capparorum, & capparis, & scordeon, & squilla, & rubea tintorum vehit lienem versus medicamina, quibus eius molliri scyrus possit, & turgidum detumescere etiam.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine educenti a liene.

DE liene turgido quid sentiunt doctores, ad præsens nihil dicemus, sed cognitis affectibus, & concoctis succis incoctis, morbi causis, educes cum foliculis sene, vel epitimo, siue calamento, aut lapide lazuli, & lapide armeno, vel polipodio quercino, siue agarico, aut etiam elleboro nigro, cumq; dictis atram non eduxeris bilem, his saluberrimis confectionibus vtere, vt est diasene, conf. amech, pil. inde, pil. de lapide lazuli, & reliquis omnibus, quibus, noueris inesse proprietatem similem dictis; ea etiam a liene dictum euocant succum, quæ ustos humores e iocinore pellunt.

DE SIMPLICI MEDIcamine respicienti vterum.

CVM nostris in familiaribus, dixerimus quid sit vterus de mente Gal. & late de affectibus scripserimus eius, sat, modo videtur, dicamus, de simplicibus illis quæ vehunt medicamenta ad ipsum, quibus languores premuntur vteri. Et quoniam frequentius frigidis inficitur cruciatibus, ideo & crebrius oppositis vtendum. Cum igitur offerre propo sueris, sy. de arthemisia, vel quid consimile, tum non omittes sauinam, vel pulegium, arthemisiam, vel calamentum, rutam, & iuniperum, quamuis & sublimationes horum vehunt eadem, vt & substantia illorum; sciendum tamen est, quòd ea, quæ a iuncturis, & a remotis sedibus euocant, si dentur cum rebus, in alijs etiam partibus habentibus actionem, succum educēt, de eisdem locis, verbi causa, Turbit, vel hermodactili, ciunt pituitam a nodis, & ligamentis, verum si oblati fuerint cum habentibus proprietatem in capite, educent & inde, haud aliter, putamus, fiet de vtero, dum hauriuntur cum respicientibus vterum, itidem & de reliquis sedibus dicendū est corporis.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine respicienti renes, & vesicam.

NON equidem nobis suademus hæc plurimis non esse notissima, sed in isdem versari rebus in quibus profecimus, nobis suademus honorificum esse; Hæc enim animum ineptis ab operibus abducunt; igitur cum omnes solertissimi sint, qui artem medendi profitentur, quæ sæpius dixerim, censeo, non esse recensenda, quoniam, quæ natura propria quauis in sede corporis pituitosos respiciunt affectus, eadem & renum, & vessicæ conferunt in languoribus, vt est agaricus, hermodactili, atque turbit, neque aliter in calidis curis horum dicendum arbitror, sed quæ vbi vis biliosos morbos oppugnant dictis in locis, æstimandum est, idem faciant ibidem. Tamen & de compositis pauca dicam, quamuis de eisdem intelligitur, congestos itaque, sed molles succos, noxios, pituitosos, e sedibus, educit conf. benedictæ, & catarticum imperiale, illud idem etiam faciunt pil. de benedicta, & pil. arteticæ; præterea vt ellect. de succo rosaceo comprimit bilem vbi fuerit, istud idem, vt de renibus ita & de vessica intelligatur, nec aliter dicendum erit de reliquis bilem, & eius opprimentibus excessum.

DE SIMPLICI MEdicamine iecur, ventriculum, & intestina respicienti.

NOTISSIMVM est omnibus tutissimum esse saluberrimis rebus vti, quoniam medijs illis, & virtute magni Dei, plerique ascendunt gradum illum honorificum, quem infecti, & languidi homines ascendere minime possunt; propterea cum iecur, aut ventriculus, siue intestina torquentur cruciatibus, vtendum est proprijs, dictis, in capitibus singulorum, cum vero talia non deuincerint affectum dictarum sedium, petendum est refugium ab ijs quę dictarum partium penitus dolorem componunt, de quibus est capillus veneris, citrach, politricum, anthos, scolopendriõ, mellilotum, camomilla, radix lilij, borago, & flos nemufaris.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine frigidam intemperiem capitis calefacienti.

NE quis de intemperie alicuius membri, diu concoqueri possit, proposuimus, post hac, de alterantibus malam temperaturam membrorum conscribere, vt ad extremum diem, quisque saluberrimum semet ipsum seruare possit, quoniam nondum obliti sumus nos ex illis esse qui alijs præcipere consueuerunt, & quoque dare consilium, aliter enim imita-

remur illos medicos, qui in aliquibus morbis profiten tur doctrinam, in aliquibus vero nequaquam; hij demum neque illos, quos profitentur, curare sciunt, quia curandi methodum ignorant. Ea igitur quæ mihi tute præcipere solitus sum, eadem & alijs suadere possum; Itaque frigidam intemperiem membrorum, & præcipue capitis præuertit, amaracus, vetonica, saluia, serpilum, ruta, pulegium, & saturegia, idem etiam facit camomilla, siler montanum, cum peonia; fortius autem dictam intemperiem præcipitant, muscus, nux muscata, cubebe, sticados, & squilla, thus, laudanum cum folio indo, verum & lignum aloes, & xilobalsamum, & carpobalsamum, eorundem sequuntur naturam, sin minus his etiam dictam præuerteris intemperiem, tum ad fermentatas confectiones descendes, de quibus est diacorus, dianthos cum musco, & diamuscus pliris arcoticon, diacastoreum, & aurea alexandrina.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine frigefacienti caput.

CONSTAT etiam, calidam intemperiem capitis malam esse, & maxmi languoris causam, ideo & hanc præcipitandam studentes, vti poterunt, lactuca, violis, endiuia, cicorio, camphora, &

potentioribus aceto iusquiamo, aut cortice mandragore, & similibus, sed de fermentatis compositionibus est sacharus rosaceus, & violaceus, sy. de papauere, & diapapauer, & reliqua horum sequentia proprietatem.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine calefacienti pectus, & pulmonem.

QVONIAM ex fluoribus a capite, siue ex malo regimine vitæ, nimium frigesit & pectus, ideo eius intemperiem frigidam cum sine materia fuerit; Componit & liquiritia, & succus eius, capillus veneris, & carices pingues, passule, & chesmes; at dictis fortiora sunt yris illirica, ysopus, marubium, enulla, & squilla, esula, & camomilla, mirrha, lilium vterque, & xilobalsamum, cum serapino; sed de compositis est loch sanum, loch de pinu, loch de pul. vulpis, diacalamentum, diayris, & diaprasium, & illis simillima.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine frigefacienti pectus, & pulmonem.

NEMO egenus pollicetur quicquam indigentibus, nec ignarus suadet lãguentibus, quia sibi ipsi consulere nescit; at qui prudens fuerit, is, & tristibus, & morbo infectis consolationem affert; sed talis non semper vbique reperitur, ergo in defectu eius, hic conscriptis vti poterit, qui & pectoris, & pulmonis patitur languores; medicamina enim hæc dictarum sedium calidas comprimunt curas; Et de simplicibus est dragagantum, gummi arabicum, emilium, & amigdalæ dulces, similiter & ordeum, & semen papaueris, & violæ cum iuiubis, & sebesten; quando autem dictis pectoris non compresserit affectus, tum confugiat ad sacharum violaceum, vel vtatur sacharo rosaceo, tamen magis propria sunt diadragantum frigidum, diapapauer, & diapenidion, sine spetiebus.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine calefacienti cor.

NVLLIVS, partis nostræ, adeo solliciti esse debemus affectuum, vt ipsius cordis; Est enim vitæ fundamentum, quo diruto, corruit & corpus vniuersum; postquam igitur frigida sunt, quæ maxime inficiunt illud, quia penitus extinguunt, perui-

giles esse debemus; succurrendo cum rebus innatum eius fouentibus calorem, de quibus est melissa, borago, & buglossa, anthos, atque ozimum, sed fortius lignum aloes est, & muscus, & ambra, gariofilus, & crocus; præcipuum vero est os de corde cerui, laudatur & enula campana, cortex citri, & cordumeni; verum quando his etiam, cor, frigidis affectibus compressum, non calefeceris, tum offeres, diamusci quantitatem, aut ellect. de gemmis, vel diambræ, siue diamargaritonis, vt videbitur, bolum; lætificans etiam Almansoris prodest, & dianthos commendatur, & maxime pretiosarum margaritarum, & lapidum fragmenta cum auro, & sy. de pomis præcipue compositus; Demum de mente Principis, & vinum odoriferum, vt est creticum, & phalernum; amissas etenim vires, propter gelidas causas, reficiunt, præsertim confectis ætate, vult etiam & Plato, vt senes vino vtantur ad ebrietatem, & vulgo dicitur, vinum lac esse senum.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine frigescienti cor.

CVM & calentes morbi propriæ passiones vocentur cordis, contra & illos acuenda arma sunt, quo celerius abscindamus, quod ad mortem vrit hominem;

minem; itaque in calidis affectibus laudatur rosa, commendantur violæ, & omnes sandali calidas cordis comprimunt curas, & vterque coralus componit languores eius, & iacintus sternit eosdem, & smaragdus idem facit; & margaritę frigefaciunt cor, & camphora eiusdem affectibus opposita est, & rasura eboris, supercalentem flammam eius reprimit; quando autē isdem rebus non frigefeceris cor flammis ardens vrentibus, tum compositis medicaminibus vti poteris, vt est diabuglosatum, sacharum rosaceum, sacharum violaceum, diarodon abbatis, & confectio triasandali; Nos autem ijsdem in necessitatibus sy. de nenufare, & sy. de acet. citri, præstantissimum inuenimus, quamuis dictis non indigebamus confectionibus; eo tandem supercalentem cordis compressimus affectum.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine calefacienti ventriculum.

CVM iocamur, aut ludimus salubres arbitror, tum recte concoquimus alimentū; sed cum dolemus, aut querimur, puto, ꝙ maxime tristamur ob imbecillem concoctiuam, quæ sæpenumero deprimitur propter defectum innati caloris; igitur dum frigidis ventriculus comprimitur curis, offer semen

anisi, aut feniculi, quia flatuosos spiritus premunt, mentha Romana, etiam & absinthium, & saluia cum amaraco, eosdem oppugnant languores, quamuis & spicanardi, & ciminum, & fenigræcum, & marubium idem faciat. Tamen potentius excitant ventriculi compressum calorem, maslich, thus, zinziber, piper, cinamomum, nux muscata, gariofilus, & galanga; verum enimuero huius sedis, dictis in languoribus, miranda dicunt doctores de cepę squilla, eliges ergo ad arbitrium ex dictis, quod præstantius videbitur medicamentum, cum frigidis ventriculus opprimetur cruciatibus, quæ dum & gelidas curas, & flatuosos spiritus non compescerint, confugies ad aromaticum rosaceum, vel ad rosatam nouellam, siue ad aromaticum gariofilatum; Hæc enim dictis sunt præstantiora præsidia; Incohātibus eius morbis, rodomel præcipies hauriendum, vel sy. de corticibus citri, conflatis tamen & diagalangam dabis, & dianisum porriges, & diaciminum commendabis, prę sertim mulieribus; hęc enim frigidum, sed mundum a pituitosis succis calefaciunt ventriculum.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine frigefacienti ventriculum.

SCRIPSIMVS pleraque, modo pressius, modo elatius, fortasse, quàm debueramus, nec mirandum, quoniam hac varietate, tẽtamus efficere, vt alia alijs, quædam forsan omnibus placeant. Calidis ergo in affectibus ventriculi, refugimus ad portulacam, rosam, & violas; prodest etiam endiuia, cicorio, lactuca, & plantago, commendatur & cucurbita, & vterque cucumer, laudatur & malum punicum, malum aureum, & pomum citri; vtuntur etiam quidam & piris, & agresta, & aceto, hæc enim mirifice calidum frigefaciunt ventriculum; at de compositis est sy. rosaceus, sy. violaceus, & de solidioribus est sacharus rosaceus, & violaceus, & conf. tria sandali, & diacitonitem sine spetiebus, & alia quæ iecur infrigidant; itaque, hæc, non quia seuerior appaream, sed quia ob imbecillem memoriam timidior sum, conscripsi, primum mihi ipsi, demum & illis, quibus est memoria hebes.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine calefacienti iecur.

CVM frigefactum epar etiam post calidos affectus vltra modum fuerit, dicẽdis vti poterimus, cum verebitur, ne vires iterato labore deficiant; Est

enim laboriosius repetere temperaturam membri, quàm eius iungere temperamento; Ideo de simplicibus, quæ faciunt hoc, est absinthium, spicanardi, eupatorium, radix feniculi, asarum, cum cinamomo; prętereà facit idem ameos, & semen anisi, semen petroselini; his verò fortiora sunt dianisi, diacostum, diaciminum, rosata nouella, diagalanga, & omnia quæ frigidam intemperiam ventriculi componunt, & iecur frigefactum calefaciunt.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine frigefacienti iecur.

SIN AVTEM ex vrentibus flammis iocinori immineret periculum, ad frigidam habentia proprietatem cófugimus, de quibus est endiuia, cicorio, epatica, lactuca, acetosa, portulaca suis cum seminibus; verum dum hæc eius non cópescerint flammam, vtendum est sandalis, & spodio, & camphora; ptisana etiam ordeacea excessum igneum supprimit epatis; tamen & solatrum & quatuor semina frigida compescunt eundem excessum; verum adhuc laudatur sublimatio rosarum, & tamarindi præstantissimi inuenti sunt in flammis iocinoris; quando autem his quoque non expugnaueris eius furorem, tum omnibus potibus frigefacientibus vte-

re, & solidioribus medicamentis, vt est sacharus rosaceus, & violaceus, confect. tria sandali, & diarodon abbatis, & simillimis.

DE SIMPLICI, ET composito medicamine calefacienti lien.

O QVOTIES lienosos cōspeximus, crebris singultibus, vix etiam spirantes sistere gradum; tum similes dixi illis hominibus, qui obluctantem animam morantur, quorum misertus; hæc illis etiam profutura collegimus; igitur lienosi vtantur tamarisco, & scolopendria, ament quoque vtranque aristologiam, edant fructum capparis, & eius corticem amplectantur; Etsi medianus cortex frascini commēdatur vnà cum cortice arborum capistri; prodest lienosis & nasturtium, calamentum, ruta, & timus, calamus aromaticus, & amaræ nux, amigdalę, & semen anisi, & feniculi, & ameos, brusci cum boragine, & buglosa, squillam autem nonnulli præferunt dictis, & acetum squilliticum; verum quidam lienosi & aquam calibeatam sorbere consueuerāt, & profuit illis, vt vidimus, sed composita lieni conferunt, quæ frigefacto iocinori prosunt, vt est diaciminum, diacalamentum, & si quod fit de capparis medicamentum.

DE SIMPLICI, ET compoſito medicamine fri- geſacienti lien.

ETSI raro lien calidis opprimitur affecti- bus, tamen cum euenerit hoc, poſt expulſos ſuccos, edenda erit endiuia, & lactuca, deglutienda ſunt, & ſemina earum, & quatuor ſemina maiora fri- gida, vtendum eſt & ſpodio, & ſandalis, & ace- to, & illis omnibus medicamentis, quibus vtimur in languore ſimiliiocinoris, vt eſt diarodon abbatis, & conf. triaſandali.

DE MEDICAMEN- tis renum.

QVOD de ſingulis partibus noſtri corpo ris ſcripturi eramus, conſumpſimus, deeſt ſolummo- do particula de renibus, quorum frigidos affectus, & calidos itidem cuncta componunt, quæ in de con ſimilibus partibus retulimus; tamẽ quia crebrius fri gidis torquentur cruciatibus, ideo pauca, tantum ſim plicia referam, dictos compeſcentia cruciatus, vt eſt eufragia, miliumſolis, & ſaxifragia; Calefacit etiam renes petroſelinum, præcipue macedonicum, ſemen vrtice, eruca, & cubebe, prodeſt etiam & ſpi ca nardi, & ſpica celtica, & cuncta alia horũ, quæ ſequuntur naturam;

FINIS.

MICHAEL ANGELVS
Blondus, Bibliopolis, & Typographis S.

PRÆCOR *tandem vos, o Bibliopolæ, & omnes Typograghi, ne quid ex opusculis nostris, inuito me, excudere velitis, si beneuolentiam erga vos meam magnifacitis; At si eam contemnitis, scitote, quòd & mihi licet eodē vos prosequi benefitio, me quidem superstite, tella mea in hostes oppugnandos acutissima esse; pauca tandem, volui scripsisse hæc prudenti & Bibliopolæ, & Typographo, certiores reddens, vos omnes, qualis sit mihi animus; Quare, quod vos non vultis vobis, illud Blondo non faciatis dum spiritum ducit; Viuentis enim est, & iniuriarum, & beneficiorum recordari.*

Romæ ex Tugurio proprio.

Domina Hieronyma de Cartularijs imprimebat Romæ, in Vico Peregrini; Sumptibus Autoris.

M. D. XLIIII.

Mense Septembri.